MONUMENTA
GERMANIAE

CCXXXIII. Capitulum de imperio Langravii et sibi contemporaneis cuius prima pars de quibusdam eventibus a) — f 262 v. vol 2.

[L]angravius b) deposito Federico eligitur. Protinus enim papa electores imperii monuit ut aliquem strenuum c) virum ad gubernandum d) imperium eligerent. Qui eligunt langravium ducem Turingie. Ipse autem e) pro utilitate rei publice f) dyadema regium g) Alamanie h) surrepit et contra Corradum exercitum congregavit eumque bello superavit; imperiali tamen caruit benedictione. Eodem quoque anno Innocentius papa ad petitionem baronum regem Portugalie ab administratione deposuit quia negligens erat in iustitia facienda et substitutus est frater eius Alfonsus sicut patet i) in ℞ VI° de suple

Canonizavit quoque apud Lugdunum S.um Edmundum archiepiscopum Cantuariensem et Parisius beatum Petrum magistrum ordinis Predicatorum. Circa hec tempora rex Castelle Fernandus reliquit IIII^or filios; scilicet Alfonsus m) primogenitum n), qui ei successit in regnum; Henricum, qui longo tempore exulavit, quia Alfonsum non honorabat ut regem; Federicum, qui fuit malus homo et nepos eius rex Sancius fecit eum male mori; Emanuelem, qui fuit honorabilis princeps et pacificus.

Cap^m C.
+ Lang // gravii C.

am Rande oben schwarz CCCXXXIII (rot)

a) die Überschrift (mit Mennige.)
b) Hier und im Folgenden öfter ist Raum gelassen für die (mit Mennige rot) auszumalenden aber nicht eingetragenen Initialen.
c) strenuu C. hier und öfter.
d) gubnandum C.
e) aut C.
f) r. pu. C.
g) reg C.
h) almanie C. hier und öfter.

i) p3 C.
k) suple. ne. pla. c. gradi
+ ~~sicut~~ eiruncls C.
l) m. C

m) sic C.
n) pmogenitu C.